BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
kat.komp.
59808
III Mag. St. Dr. P

~~Teol. 4272~~

Praczlewii Petri: Quaestio theologica de personis divinis.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0001719

✠

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO THEOLOGICA,

DE

PERSONIS DIVINIS,

Ex Prima Parte D. THOMÆ:

59808/III

A

M. PETRO PRACZLEWIC,
S. Theologiæ Professore, Collega Majore,
Ecclesiarum Collegiatarum, Pilecensis DECANO,
& S. FLORIANI ad Cracoviam CANONICO,
Festorum, Salvatoris CHRISTI Domini,
& Beatissimæ Virginis MARIÆ in Cathedrali
Ecclesia Cracoviensi CONCIONATORE:

PRO

Licentia in S. Theologia obtinenda,

Publicæ Disputationi

PROPOSITA.

IN

Lectorio DD. Theologorum.

Anno Domini 1698. *Mense Martio. Die* XI. *Horâ* 14.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO THEOLOGICA, DE PERSONIS DIVINIS.

UTrùm Perſonæ Divinæ, lumine naturali indemonſtrabiles, & verè in Sanctiſſima Trinitate exiſtentes, nec plures, nec pauciores, quàm tres; conſtituantur in eſſe Perſonali, per Proprietates relativas, tanquam per principium intrinſecum & formale: nec ne?

CONCLUSIO I.

MYſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, luminè Naturali non poteſt demonſtrari.

COROLLARIA.

I. *Etiam ſuppoſitâ Diuinâ reuelatione, Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, ex effectibus Naturalibus demonſtrari non poteſt.*

II. *Nedùm in Naturalibus, ſed etiam in Supernaturalibus effectibus, cum DEO, vt principio efficiente comparatis; Myſterium Sanctiſsimæ Trinitatis euidenter cognoſci nequit.*

III. *Non eſt tamèn contra aliquam veritatem naturalem, tres Perſonas eſſe vnius eſſentiæ.*

IV. *Verè in abſtracto dici poteſt, non ſolùm in DEO eſſe glorioſiſſimam Trinitatem Perſonarum; ſed etiam Deum eſſe Trinitatem adorandam.*

V. *Ad declarandam in Diuinis vnitatem in eſſentia, & diſtinctionem in Perſonis; vtendum eſt nomine Trinitatis, non triplicitatis: Deuſq; Trinus, non triplex appellandus.*

CONCLUSIO II.

VErè & propriè, in DEO exiſtunt Perſonæ.

COROLLARIA.

I. *Dantur in DEO Proceſsiones, per quas vna Perſona ab alia procedit.*

II. *Principium primum & radicale Diuinarum Proceſsionum; eſt Diuina eſſentia, vt modificata relatione.*

III. *Sola relatio aut perfectio abſoluta, neq; remotum, neq; proximum Principium Quo, Diuinarum Proceſsionum poteſt eſſe.*

IV. *Principium Quo proximum generationis Verbi, aut productionis Spiritus Sancti, est intellectus & voluntas DEI; vt modificantur relationibus Paternitatis & spirationis actiuæ.*

V. *Relationes sunt de conceptu essentiali Divinitatis; non addunt tamen perfectionem relativam ad essentiam.*

CONCLUSIO III.

IN DEO tres sunt Personæ, & nec plures, nec pauciores.

COROLLARIA.

I. *Non dantur in Divinis tres existentiæ relativæ, realiter inter se, & virtualiter ab existentia absoluta essentiæ, distinctæ.*

II. *Formale significatum huius nominis Persona Divina, est relatio in concreto sumpta; abstractè verò sumpta solùm in obliquo importatur.*

III. *Divinæ Personæ, licet vt significantur per istam vocem Persona, concipiantur à nobis, conceptu absoluto, & tanquam hypostases absolutæ; tamen vt significantur per nomina propria & particularia, v. g per ista, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, concipiuntur conceptu relatiuo.*

IV. *Ordo Originis, qui est inter Personas Divinas, rectè appellatur ordo Naturæ; cùm non sit liber, sed naturalis.*

V. *Tres Personæ, non possunt dici tres perfecti substantiuè, sed tantùm adiectiuè.*

CONCLUSIO IV.

PErsonæ Divinæ, in esse Personali constituuntur per Proprietates relativas; tanquam per principium intrinsecum, & formale.

COROLLARIA.

I. *Ista constitutio Personarum Divinarum, est per Proprietates relatiuas; quatenus non absoluto, sed relatiuo conceptu apprehēduntur.*

II. *Licet Personæ Divinæ ab æterno sint æquales, & dicantur æquales nulla relatione existente; non est tamen superflua relatio æqualitatis.*

III. *Ex eo, quòd Personæ Divinæ dicantur realiter æqualis perfectionis, non sequitur relationem æqualitatis inter Personas Diuinas, esse realem; est enim tantùm rationis.*

IV. *Missio Divinis Personis conuenit, & illa, nec solam Processionem æternam, nec solum effectum temporalem dicit; sed pro vtroq; supponitur, & vtrumq; importat: & in recto quidem ipsam*

ipsam Personarum originem; in obliquo verò novum eff-ctum in Creatura productum denotat.

V. In Missione invisibili, una Persona Divina, non potest mitti sine alia; in missione autem visibili, potest mitti una sine alia; sicut v.g. *Filius sine Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus sine Filio; qui à Patre missus, cum Patre Spiritum Sanctum mittit; & Pater, Filium, & cum Filio Spiritum Sanctum mittendo, à nullo mittitur.*

Atq;

Sacro huic Mysterio,
Adoratio, Laus, Honor, Gloria
in æternùm.



Sub Felicissimis Auspicijs,
Magnifici, Perillustris, & Admodùm Reverendi Domini,
D. M. CHRISTOPHORI
SOWINSKI,
Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris,
Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum,
SS. Omnium PRÆPOSITI, ad S. FLORIANUM
DECANI, CANCELLARII Posnaniensis, CUSTODIS
Pilecensis, CURATI Prosovicensis, S. R M. SECRETARII, Contubernij Philosophorum PROVISORIS,
Studij Almæ Vniversitatis Cracoviensis,
GENERALIS, ac VIGILANTISSIMI
RECTORIS.

J. xxiii. 70.